

est , si novus Index methodo aptiore dige-  
stus , atque a mendis , erratisque pluribus ,  
quæ in priores irrepserant, emendatus con-  
strueretur . Rem hanc omni procul dubio  
laboris , & diligentiae plenam jam tum ani-  
mo præconceperamus , cum certas Regu-  
las in examine , & proscriptione Librorum  
servandas tradidimus in Constitutione no-  
stra , quæ incipit : *Sollicita , ac provida* , vii.  
Id. Jul. Anno Incarn. Dom. MDCCCLIII. Pon-  
tificatus nostri An. XIII. data . Hujusmodi  
subinde negotium mature jam discussum  
Ven. Fratribus nostris S. R. E. Cardinali-  
bus Congregationi Indicis Librorum pro-  
hibitorum præpositis dirigendum, promo-  
vendumque commisimus , qui pro injuncti  
sibi muneris ratione, zelo, ac solertia, adhi-  
bitis etiam in consultationem & opus do-  
cetis , ac diligentibus Viris , omnia pro vo-  
tis sedulo , accurateque perfecerunt . Ab-  
solutum itaque juxta mentem nostram lau-  
datum Indicem , & ab iisdem Cardinalibus  
revisum , atque recognitum Typis Cameræ  
nostræ Apostolicæ edi voluimus , ipsumque  
presentibus Literis nostris tanquam expre-  
sse insertum habentes, auctoritate Apostoli-  
ca tenore præsentium approbamus , & con-  
firma-